

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Disputatio Inauguralis Medica De Ictero

**Camerarius, Elias Rudolf
Mögling, Johann Burckhard**

Tubingae, 1679

XV.

[urn:nbn:de:bsz:31-42086](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-42086)

rumque veritatem plebs inerudita, cum rationem scrutari nequeat, præter rationem credit.

XV. Reliquæ, si quæ supersunt, circa habitum maxime corporis, eradicandæ penitus sunt, diureticorum vel diaphoreticorum continuatò usu, quem in finem *R. Minderer. med. mil. c. 6.* commendat pulv. rad. cyclam. quem sudorem evocare croceum, & linteamina tingentem dicit. *Ettmüll. l. c.* infanti icterico statim ab ortu præbere jubet gr. j croci sæpius de die in lacte nutriticis. Balnea item pro discussione impacti cutis meatibus humoris profunt, thermasque Bollenfes laudat *Job. Baubinus d. therm. Boll. l. 3. c. 49.* Artificialia fiant ex decoct. fl. chamom. melil. centaury. malv. parietar. fol. querc. chelid. saponar. hordeo. fursur. lupin. fabis; aliud proponit *Timeus l. 3. Obs. medic. 27. & Obs. 30. ejusd. libri emulsi. fem. Cannab. & nucl. persic.* ad totum corpus fricandum suadet. Sudor sive sequatur aliquis, sive nullus, modò per volatilia transpiratio corporis juvetur, color mutabitur. Criticus in febribus accidens præter transpirationis per cutis poros promotionem, & impedimentorum, si quæ hujus sunt, ablationem, nihil desiderat. Contra Calculos supra accusatos laudatur Spir. Nitr. dulcis; Pulvere & jusculo quodam grandines è Vesica fellea eduxit *Exc. Hertod. in Eph. Germ. Ann. 4. & 5. Obs. 99.* Ebulliens biliosus humor postulat acida, quorum varia genera probè distinguenda, aquea, saturantia, refrigerantia, inhibentia, ut sunt vin. granat. succ. acetosell. serum lact. capr. hord. fem. 4. frig. lapill. cancr. C. Rhinoc. ebur, sacch. hni, 24, Antim diaph. papaveracea. anodyna, narcotica, &c. *Venenatus* pro veneni diversitate, ægrique conditione varia antidotis propriis, quæ *Sennert, l. 6. pr. p. 6:* tradit, curetur, quibus utilissimè camphoram admisceri ex *Wecker. antidot. ait Mæbius tr. d. Câmpb. c. 25.* Inter communia verò seq. mixtura locum habet cochleatim sumenda: R. aq. f. ord. fumar. card. bened. à ʒij. theriac. Andr. ʒj. Diascord. Fracastor. ʒiiij. Syrup. acetos. Citr. ʒj. Sal item viperarum & C. C. volat. suò funguntur hinc officio. Aliæ causæ quomodo tollendæ, ex propriis petendum locis.

XVI. Restat *Dieta*, quam brevissimis attingam: Mutatio aëris non rarò magnum affert auxilium, cibi sint medica-

men-